

unde véni-et auxí-li-um mihi.

Auxílium meum a Dó-
mino, * qui fecit cælum et
terram.

Non det in commoti-
onem pedem tuum : * neque
dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit ne-
que dórmiet, * qui custódit
Israel.


Dóminus custódit te,
Dóminus protéctio tua, *

super manum délixteram
tuam.

Per diem sol non uret te : *
neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab
omni malo : * custódiat áni-
mam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat in-
tróitum tuum, et éxitum
tuum : * ex hoc nunc, et
usque in sæculum.



Ant. AUXILIUM me-um a Dómi-no.

Prædicti Psalmi, et Psalmi sequentium Feriarum dicantur suis Feriis ad Vesperas, quando de Feria agitur, ab Oñt. die Epiph. usque ad Cenam Domini exclusive, et ab Oñt. die Paschæ usque ad Vig. Nat. Domini. Antiphonæ vero prædictæ dicantur Feriis ab Oñt. die Epiph. usque ad Cenam Domini exclusive, et ab Oñt. die Corporis Christi usque ad Vig. Nat. Domini.

Feriis per Adventum, Capitulum *Ecce dies véniunt.*, Hymnus *Cónditor alme.*, *V. Rorate.*, ut Sabb. ante Dom. j. Adv.; ad Magn. Ant. propria.

✿ Feriis ab Oñt. die Epiph. usque ad Septuages., et ab Oñt. die Corporis Christi usque ad Adventum, Capitulum *Dóminus dirígat.*, ut Dom. j. post Oñt. Epiph.; Hymnus *Lucis Créator.*, tono feriali, *V. Dirígatur.*, ut Feriis post Oñt. Epiph.; ad Magn. Ant. Feriæ currentis, ut infra hebdomadam Dom. j. post Oñt. Epiph., scil. : Feriis secundis